



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Stella Mystica**

**Bonald, François**

**Coloniae, 1607**

Valde necessarium esse vt sibi quisque illum statum eligat, in quo suam  
facilius operari poßit salutem.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10014**

## ITER PARATVTVM.

*Valdè necessarium esse ut sibi quisque illum statum eligat in quo suam salutem facilius operari possit.*

## CONSIDERATIO.

*Religiosorum status ceteris facilius est.*

**D**ubium non est, Anima fideles, omnes Christianos in quo cuiuscunq; honesto vitæ genere æternam foelicitatem consequi posse modò in eo secundum Deum & rationem viuant. Nihilocius fatendum etiam est Religiosos apud quos regularis disciplina viget de pluribus medijs & auxilijs, quibus naufragium spirituale vitare possent, quam eos qui in sæculo viuunt prouisos esse. Quinetiam inter sæculares quædam professiones aut vitæ genera, alia alijs tutiora & securiora sunt. Ex quibus infero, valde necessarium esse ut quisque diligenter inspiciat, atque apud se perpendat, quale vitæ genus aut quem statum siue professionem amplectatur. Ego itaque desiderans

1. siderans tibi aliquam in hoc nego-  
 16 tio lucem præferre, quemadmodū  
 in cæteris de quibus supra egimus.

Primum moneo hanc electionem  
 principaliter ab inspiratione ac di-  
 rectione Dei dependere. Ratio est,  
 quia quemadmodum ille nos con-  
 didit, & ad æternam beatitudinem  
 destinavit, ita nobis semitam quam  
 teneremus præfixit, & unicuique  
 talentum proprium quo ad eum  
 pertingeret, contulit.

Vnde conficitur illos vehemen-  
 ter falli, qui audent à semetipsis eli-  
 gere vnum potius vitæ genus quam  
 alterest antequam spiritus sancti  
 consilium requisierint. Illi vero qui  
 vel per timorem, vel alijs modis no-  
 tabiliter cogunt adolescentes, vt  
 matrimonium ineant, vel vt statum  
 monasticum siue Ecclesiasticū am-  
 plectantur: aut è contrario illos à  
 concepto vitæ genere deturbant,  
 atque impediunt quo minus hunc  
 vel alium statum ad quem à Deo  
 vocati sunt amplectantur: magno-  
 pere arguendi sunt, nam id agendo

*Electio sta-  
 tus ab inspi-  
 ratione di-  
 uina potest  
 non pēdes*

*Reprehen-  
 duntur illi  
 qui alios ad  
 statum ali-  
 quem eligē-  
 dum cogūt.*

K 3 talium.

talium adolescentum libertatem, in statu totius vitæ deligendo, constringunt illisque violentiam inferunt, & stulto conatu ea quæ Deus sibi soli reseruauit, tractanda atque definienda sumunt. Ut enim sapiens ait: *Cor hominis disponit viam suam, sed Domini est dirigere gressus eius.* Fateor equidem posse hominem cooperari, vt quis bonum iter salutique suæ maxime conueniens assumat, sed nihilo secius affirmo hoc vel illud vitæ genus ei præstitueri velle maxime temeritatis esse. Caveat igitur quisque ne cogat aut inducat quenquam ad statum quemlibet certum siue coniu-galem, siue Ecclesiasticum assumendum. Etenim quamuis pueri qui ætate sunt non admodum adulti, à parentibus aut alijs instrui ac dirigi possint, ad aliquod vitæ genus eligendum, atque cogi nequaquam debent, alioqui, præter Dei offensionem infelix erit totius rei successus. Matrimonia enim violenta, vt sacri Canones inquit, malam ferè finem acci-

acci-

accipiunt, atque experientia quotidiana luce clarius demonstrat, eos pueros qui per vim in monasteria intruduntur, aut ad Ecclesiasticum statum complectendum coguntur, ut plurimum, suæ salutis iacturam facere, atque vniuersæ cognationi insignes ignominia maculas inure. Iusto enim Dei iudicio hoc illis evenit, quandoquidem Dei officium sibi usurparunt, & de hominibus disponere conati sunt in re quæ à speciali Dei providentia potissimum dependet. Consultius igitur fuerit eos qui necdum particularem aliquem statum, aut vitæ genus elegerunt in sua libertate relinquere: ipsi vero qui eligunt sibi cauere debent, ne præcipitent electionem priusquam Deum diligenti prece orauerint, atque sanctas inspirationes illius attenderint, ac secum expenderint. Dico autem inspirationes illius: quia ut S. Ioannes ait, non omni spiritui credendum est, sed probandi sunt spiritus an ex Deo sint. Dæmon enim teste B. Paulo Apostolo,

*In fœlix  
plerunque  
est successus  
eorum qui  
per vim mo-  
nasteriis in-  
truduntur.*

*Eligentes  
aliquod vi-  
tæ genus  
quæ cauere  
debeant.*

nonnunquam *transfigurat se in Angelum lucis*, hoc est, sub specie boni, in malum præcipitat. Sæpenumerò consulit illis, quos leues & inconstantes esse nouit, vt temerè atque inconsideratè Religionis statum amplectantur, non vt in hoc statu illos stabiliat, sed vt paulo post cucullum eis excutiat, atque inuerecundiores, atque proiectiores in omnia maxima scelera reddat.

*Spiritus examinandi sunt.*

Itaque omnium industria considerandum est quo quis spiritu impellatur, & postquam ex spiritualium virorum iudicio, exploratum habuerit Deum esse qui ad hanc vel aliam religionem, ad hunc vel alium statum illum vocat, nullo pacto reluctetur. Etenim vti Christus ad S. Paulum loquens ait: *Durum est contra stimulum*, hoc est, contra diuinæ prouidentie dispensationem *calcitare*. Contemptoribus etiam vocis sua Deus in sacris literis imminatur: *Quia vocaui & renuisis: ego quoque in interitu vestro videbo & subsannabo*. Quasi diceret.

Appro-

*Diuinas voces contemnuntium persequitur.*

Appropinquante mortis hora in-  
uocabilis me & non exaudiam. Nō  
exaudiet autem, vt inobedientiam  
illam castiget, quod Spiritus sancti  
uocationi, qui eos ad perfectionis  
statum inuitabat restiterint.

Ne igitur, Anima fidelis, in hanc  
infaelicitatem incidas, roga B. Vir-  
ginem Mariam vt apud filium pro  
te intercedere, atque hanc tibi gra-  
tiam impetrare velit vt illius volun-  
tatem quoad status electionem ag-  
noscas. Quod si tibi suggerat vt re-  
ligionem aliquam in disciplina re-  
gulari benè firmatam ingrediaris, *Aures ad*  
noli aures occludere, sed prompto *diuinas vo-*  
animo ac voluntate, parentibus, fra- *ces non oc-*  
tribus, & sororibus, atque omnibus *cludenda.*  
quæ possides aut potes in mundo  
possidere, iuxta Christi consilium  
relictis, in religione monastica te-  
rotum Christo offer & consecra, at-  
que inibi existens, vsque ad mortē  
illic vt perseueres enitere. *Vnusquis-*  
*que*, ait S. Paulus, *in uocatione qua*  
*vocatus est permaneat*, quasi diceret,  
caueat ne religionis statum quem *Si statum quē*

K 5 semel

*quis semel  
assumpsit  
in eo perma-  
nere debet.*

semel assumptis deserat, & etiam ne de vna in alteram religionem leuiter transeat, sed operam det vt in sua perfectus & consummatus euadat. namque sic perseuerans, & de virtute in virtutem progrediens, certum diuinæ prædestinationis & electionis signum habebit.

Mandatorum diuinorum iter tutum est ac securum, illis qui ea debita cum puritate atque integritate custodiunt: at consiliorum quæ Christus & dedit & obseruauit, quæ etiam Apostoli ac discipuli eius obseruarunt, semita longè tutior ac securior est.

*Consilia  
Christi quæ  
sunt*

Quod si quæras, quæ sint hæc consilia? Respondebo tria principalia consistere in perpetua paupertatis, castitatis & obediētiae custodia, quæ iter ad cœleste regnum tantò securius reddunt, quanto efficacius tribus primarijs hostibus hoc iter infestantibus & obsidentibus resistunt. Paupertas enim repellit à se omnem bonorum terrenorum cupiditatem. Castitas, carnis concupi-

*scen-*



scientias refrænata: Obedientia, honorum immoderatam ambitione, & vanæ gloriæ appetitû expugnat. In Religion.e, inquit S. Bernardus, homo viuit purius, cadit rarius, surgit velocius, incedit cautius, irroratur frequentius, quiescit securius, moritur confidentius, purgatur citius, remuneratur copiosius.

Huius S. viri verba firmis rationibus & fundamentis innituntur: cû religiosi adiutoria plurima habeant non modò ex parte Dei, sed etiam ex parte hominum. In religione enim quilibet aliorum sermonibus instruitur, exemplis incitatur: orationum ac meritorum fratrum suorum, tam in vita quàm post mortem particeps efficitur. Mundus verò est cloaca quædam infectionis, & Babylonia confusionis. *Mundus*, vti S. Ioannes inquit, *totus in maligno positus est*. Beata igitur & valde fœlix eris, Anima fidelis, si ex eo egredi potueris. Quod si id facere nequis, ora nihilominus tantò feruentius *B. virginem* vt iter quod

*Religiosis plurima suppetunt ad bene viuendum auxilia.*

ingressus es quoad fieri potest, maximè securum & tutum reddere velit. Enita etiam ex parte tua omnia pericula quæ se tibi obijciunt, & illos modos amplectere qui tibi adiumento esse possunt, quo facilius ad Iesu sponsi Domini & Saluatoris tui perfectam visionem & contemplationem peruenire queas.

### VT VIDENTES IESVM.

*Beatitudinem & foelicitatem animarum consistere in visione Dei ac filii eius Iesu Christi.*

### CONSIDERATIO.

**I**N Euangelio legimus Gentiles & extraneos, qui Ierosolymam adorationis causa profecti fuerant, tam bonam de Christo in hoc mundo conuersante opinionem coepisse, vt plures ex illis ingentium videndi & cognoscendi desiderio flagrarent. Quo factum est vt quidam Philippum accesserint dicentes: *Volumus Iesum videre.* Zachaus